



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXVI. Commutatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tradidisse, vel consignasse cognoscite, ita vt quicquid post hūc diem vnusquisque de hoc quod accepit facere voluerit, absque nostris repetitionibus liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et si aliquando aliquis ex nobis, aut heredibus nostris contra has epistolas aliquid agere, vel refragare præsumpserit, eius repetitio nullum obtineat effectum, & insuper contra cui litem intulerit sol. tantos componat, & præsens pactio vel definitio, cum stipulatione subnixa firma permaneat.

XXVI. COMMUTATIO.

INter quos charitas inlibata permanserit, à parte parti beneficia oportuna præstantur. Ideoque placuit atq; conuenit, inter inlustrem virum illum, & illum, vt loca aliqua inter se commutare deberēt, quod

Y

ita & fecerunt. Dedit igitur vir inluster ille, partibus illius, locellum nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertinis, vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus appenditiis suisque adiacentiis, vel omni supraposito, totum & ad integrum, de iure meo, sicut præsentis tempore à me videtur esse possessum, in tuam trado potestatem, vel dominationem. Similiter in compensationem huius meriti, dedit iam dictus ille, partibus illius, alium locellum nuncupantem illum, situm in pago illo, *vel cetera quæ sequuntur*: ita vt ab hac die, vnus quis de hoc quod accepit facere voluerit, iure proprietario, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et illud inter nos inserere placuit, vt si vllus ex

nobis, heredibus successoribusque nostris fuerit, qui hoc immutare, vel refragare tentauerit, rem quam accepit amittat, & insuper contra cui litem intulerit sol. tantos componat, & sua repetitio nullum obtineat effectum. Et hæ commutationes vno tenore conscriptæ omniq; tempore maneant inconuulsæ.

XXVII. CONFIRMATIO REGIS, *vel inspecta ista, cuiuscumque principis, in eo qui ab hostibus est deprædatus, vel ab igne concrematus.*

Merito largitate Regis, & munere subleuantur, qui ab hostibus vel incendio passi sunt damna, vel violentiam. Igitur fidelis noster ille, clementiæ regni nostri suggestit, eo quod ante hos annos exercitus noster, aut illius Regis, vel per negligentiam alicuius hominis in